inemovatus Recognoscens Nobilis Petrus Tevlecki Sawczak Sive eius Succesores, ad Instantiam praefati Nobilis Joannis Wisnicki Maciejczak Volilliis posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, ex tunc recessu Suprascripto quo ad respondendum spectat mediante Semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, Sive Jurgavere respondere Validum praetactum lueve, Inscriptioni praesenti Satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, Seq ac Suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus eundem Terminum primum peremptorium, Vt et alios omnes ejusdem Consequenter Causae eiusdem Terminos Semper peremptorios, Vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum legatione intra Vel extra Regnum, Servitio militari, ad munimenta ad Evidorem, Vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea Vltra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis dilationem Sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia, poenis Simplicibus Vel duplicatis, evasionibus, Suspensionibus, fatalibus Juris, praescriptione Terrestri bello Conventioneq ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non Subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Hac Sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et Singula mediante.

Jankowska Popielowi Obligat.

1345

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Anna Jankowska Nobilis olim Pauli Lucki Szczerbiak cum Nobili

olim Jesia Hordynska procreata filia Nobilis autem Stanislai Jan:
kowski Consors legitima cum eiusdem mariti sui uti Tutoris Coniu:
galis personali assistentia et Vbnenco ad infrascripta recogno:
scenda Conueniens Sana mente et corpore existens a Terris Di:
strictibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusuis propriis et Com:
petentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Præ:
myslliensi Jurisdictioni quo ad actum modernum attinet
Secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter
et plenarie incorporando atque subyciendo palam libere pu:
blice ac per expressum recognouit. Quia ipsa bona sua propria
et hæreditaria in se post præfatos olim Parentes suos Jure natura:
li Successione deuoluta infrascripta in Villa Lubka Terra et
Districtu Præmysliensi iacentia certam sortem Videlicet Rola
Lubkie Marynicha cum omni præmissorum Jure Dominio pro:
prietate, tituloque obligatorio, cumque omnibus et singulis bonorum
eorundem Vtilitatibus fructibus prouentibus, redditibus, Commodis,
emolumentis, obuentionibus, attinentiisque et pertinentiis generaliter
Vniuersis, nihil ex præmissis Juris Dominii proprietatis ac cuiusuis
Competentiæ et prærogatiuæ pro se Recognoscente suisque Successoribus
aut propinquis alio reseruando seu excipiendo, cum ita late, longe
circumferentialiterque prout eadem bona ipsamet Recognoscens
tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque Concernebant, ac eidem
legitime seruiebant. Jam ex nunc et de facto Nobili Nicolao
Popiel Cresianik et ipsius successoribus in summa Ducentorum
Florenorum Polonicalium iam ab ea realiter leuata, de qua
præsentibus quietat hinc et a (Festo Conuer:
sionis Sancti Pauli Apostoli proxime præterito ad Simile fe:
stum in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Sexto
proxime Venturo inuidens, et in defectu prolunc eorundem bono:
rum exemptionis Summæque memoratæ Ducentorum Floreno:
rum Polonicalium totalis et integræ realis persolutionis ex tunc

ex hinc de triennio ad triennium, Festo ad Festum pro simili die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli se se determinan[tibus] annis et Festis se se continue et immediate sequentibus, usq[ue] ad Exemptionem bonorum eorundem summaeq[ue] memoratae totalis et integrae realem et effectivam persolutionem, obligavit, inscripsit et invadiavit, prout obligat, inscribit, et invadiat praesentibus, In quae quidem bona praefata praemissaq[ue] omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata et invadiata iam ex nunc et de facto eadem Recognoscens Nobilis Anna Sankowska praefato Nobili Nicolao Popiel Owsianik obligatario suo eiusq[ue] posteris coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamq[ue] possessionem per Ministerialem quemcunq[ue] competentem et Nobiles duos, die quacunq[ue] voluerit officiose acceptare, per ipsum Nobilem Nicolaum Popiel obligatarium suum ipsiusq[ue] posteros, haec eadem bona praemissaq[ue] omnia praesentibus invadiata, cum Universis eorundem Utilitatibus et Usufructibus, attinentiis et pertinentiis generaliter omnibus tenendi, habendi, et possidendi, illisq[ue] quiete et pacifice Utifruendi, ac ad Usus suos suorumq[ue] Successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi, modo ac Iure obligatorio, Debetq[ue] et tenebitur memorata Recognoscens Nobilis Anna Sankowska, prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq[ue] pecuniariis quibusvis habitis et habendis eidem suprascripto obligatario suo Nobili Nicolao Popiel inscribit et obligat praesentibus, ipsum et eius Successores in dictis bonis praemissisq[ue] omnibus praesentibus per se Recognoscentem invadiatis et ratione eorundem omnium ab omni, et quavis impetitione Iuridica, quarumcunq[ue] personarum Cuiuscunq[ue] Conditionis status et sexus Cuiusvis existentium

exonianda, in omni Judicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit, tueri, defendere, evincere, intercedere, et aliberare indemnemq cum posteris reddere, nec non haec eadem bona praemissaq omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata et invadiata, ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super praemissa omnia modo quovis Cuicumq personarum factis et faciendis, tum etiam a quibusuis Citationibus super eadem bona suprascripto modo quocunq impetratis et impetrandis, Juris deniq et perdecis processibus Juris in quocunq puncto et gradu Juris dependentibus, et in quovis Judicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus obligatis perductis et perducendis emundare et eliberare, mundaq et libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatam Coram officio praesenti admissam in fundo bonorum eorundem praesentibus invadiatorum, tum per Ministerialem Competentem et Nobiles alios officiose requirendus non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter Concedere, dataq et admissa eadem, possessionem et Usum fructum praemissorum omnium praesentibus invadiatorum, quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere, ipsumq obligatarium suum et illius posteros in praemissis omnibus praesentibus obligatis nullo modo iniuriari, ita ut haec eadem bona praemissaq omnia praesentibus invadiata, idem obligatarius suus cum suis posteris quiete ac pacifice praesentis Inscriptionis obligatoriae Vigore tenere habere et possidere queat, illisq Uti frui possit, Usq ad Exemptionem bonorum eorundem Summaeq memoratae totalis et integrae realem et effectivam persolutionem, Idq sub Vadio similis Summae Ducentorum Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem sive eius successores suprascripto obligatario suo

ipsiusq

ipsiusque Successoribus ob non Completionem præmissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad Solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo præmisso ad Solvendum Succubito, ac pro re aliqua principali ex præmissis non completa complenda Citata existens memorata Recognoscens Nobilis Anna Jankowska sive eius Successores Ad Instantiam præfati Nobilis Nicolai Popiel Oviniarii Obligatarii sui sive illius Successorum ad Officium præsens Castrense Capitaneale Præmysliense ex tunc rece sue suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo dilationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere, respondere Vadium præfatum luere, Inscriptioni præsenti satisfacere, ac omne iudicium pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus, eundem Terminum primum peremptorium, uti et alios omnes exinde consequentes Causæ eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori ovinoveminate Successorum legatione intra Vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad Curtorum Vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem præterea ultra proximos officii præfati Castrensis Capitanealis Præmysliensis Terminos scribendi hoc ligamenta ex primi usque ad finem.

Sabbatho post Dominicam Lætare Quadragesimalem proximo Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo Tertio 18/III

Kulczyckie Popielowi Obligatie